



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**HORATII TVRSELLINI || ROMANI || E SOCIETATE IESV ||
LAVRETANAE HISTORIAE || LIBRI QVINQVE. ||**

Torsellini, Orazio

Romae, 1597

Cap. 11. Aedes Lauretana sacellis, & cælestibus prodigijs decoratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64112)

instructaque adeo magnifice, vt in ea etiam Reges, ac Pontifices Maximi laute diuersari queant. Ex tribus aediū partibus vna tum perfecta est, quæ ad dextram templi sita ab ortu solis in occasum porrigitur. Eius longitudo centum cubitorum, latitudo viginti quatuor spatium æquat: ad XXV. cubitos summum fastigium peruenit, præter ingentes substructiones æquando ædificio à Septentrione additas. Huic parti adiecta duplex porticus sane regia, quæ arcibus quindecim totidemque ferè ingentibus pilis interiectis longissime exspatiantur superne, inferneque opus iuxta ad aspectum, & ad vsum insigne, atque præclarum.

Aedes Lauretana sacellis pariter, & cœlestibus prodigijs decoratur.

Cap. XI.

Car. Carp.
facellum.

Bisnina. Pri.
facellum.
Archiep. Al
toui facel.
Card. Trid.
facellum.
Card. Aug.
facellum.
Ducis Urb.
facel. exim.

Nondum hæc Lauretani ædificij pars à Pontifice ab-
soluta erat, cum Basilicæ sacella exornari à Principi-
bus viris coepta sunt. Huius rei princeps Rodolphus Pius
Cardinalis Carpenis fuit, qui vt ante diximus, in Laure-
tanæ Domus tutela Cardinali Contabeno successerat. Is
igitur vere pius Sacellum asseruando, ministrandoque
sanctissimo Christi corpori destinatum egregijs picturis
opere marmorato, inauratoque adornauit. Huius exem-
plum alios deinceps Proceres ad æmulandum pietatis de-
cus accendit. Bisniani Princeps S. Annæ, Archiepiscopus
Altouitus B. Virginis Elisabetam visentis, Cardinalis Tri-
dentinus Rosarij, Card. Augustanus S. Ioannis Baptistæ
facella exornarunt, laudatissimorum quæ pictorum, quæ
platarum operibus. Eminent tamen longe inter hos Vr-
binatum Ducis magnificentia, qui facellum suum non so-
lum candido marmore mira arte cælato decorauit, sed
pulcherrimis picturis Barocij, & Zuchari nobilissimorum

picto-

pictorum manu. Dum templum certatim à mortalibus ornatur, immortalium ornamentis omnino non caruit. *Ann. Laur. Riere.*
 Sub id tempus reperio vetus Lauretanæ flammæ prodigium nouo modo instauratum. Ignea per noctem velut columna visa ingenti splendore collucens Lauretano incubare templo: inde Macereturum versus (oppidum est Piceni nobile in primis à Laureto millia passuum quatuordecim) paulatim progredi: demum super templum S. Mariæ cognomento Virginum in suburbano Maceretensi consistere. Id prodigium à Franciscanis Capucinis suburbani coenobij inrentius, sæpiusque obseruatū, cum à matutinis diuinarum laudum officijs ante lucem de more ad orandum Deum recepissent se in proximam syluam. Ab iisdem deinde vulgatum ratis B. Mariam coelestis flammæ specie lapsam è coelo in suam natalem domum: deinde ad alteram suo nomini dicatam ædem processisse, vt eo argumento fidem faceret mortalibus, illam quoque ædem sibi esse cordi. Et insolita miraculorum in illa æde subinde patratum copia haud dubiam coelesti prodigio addidit fidē. Hoc prodigium illum ipsum annum nobilitauit, qui Pauli Tertij Pontificis decessu insignis fuit. Is quippe indicta in annum quinquagesimum Iubilei celebritate, ipse mortalitate exutus ad vitam transijt immortalē, Iubilei cura, ac laude successorī relicta.

Iulius Tertius Collegium Societatis Iesu Laureti instituit. Cap. XII.

Iulius inde Tertius superiorum Pontificum ritu, Lauretanæ Domus Indulgētijs, immunitates, beneficia, sua firmavit auctoritate. Ac memor diuinæ illius vocis *Domine tuæ decet sanctitudo Domine.* Cleri, populi que Lauretani mores legibus per Cardinalem Carpensē latis composuit ad sanctitatem. Exinde ab incolarum disciplina ad ornatum *Ann. Laur. Riere. Iul. III. Pō. benef.*